156

Kazimiri Ducis approbatio Donationis Ecclesiae Crusuiciensi villae Chelmce per Paulum Archidiaconum Crusuiciensem, videlicet parvi Chelmae

Quia non minus est salubre, quam decorum, si momentanea corporum commoda in juges censeantur usus animarum, Ego Paulus Crusuiciensis Ecclesiae Archidiaconus accedente favorabili consensu incliti Ducis Kasimiri, villam Chelmen à Duce Bolestao nostro Patri collatam, et ad me hereditario jure devolutam Ecclesiae confero Crusuiciensi cum omnibus videlicet, quae ipsius villae nomine dinoscor possidere. Et ut haec nostra donatio calumniae non pateat, emulor praesentem cartelam, Ducali, Episcopali, Ecclesiaeque sigillis, pro cautelarum abundantia roborare decrevi.